

tradicionem / assignacionem receptionem, apprehensionem, missionis in possessionem, et corporalem intronizacionem, dictus dominus Abbas pro se, et nomine quo supra, animo intrandi possessionem realem gratanter assumpsit, apprehendit et recepit Consequenterque dictus Ruodolffus<sup>4</sup> de Roschach pro se, / et nomine vrsule sue vxoris prescripte, Aduocata sua familia domestica domus eiusdem. videlitet Johanne sturm, et Anna relictā, olim Iudici Regettin, de pertenne<sup>7</sup>, eandem familiam licenciauit a se, Ac ipsam eandem familiam, ex nunc et in / antea familiam dicti domini abbatis et sui Monasterii constituit, fecit et . . .<sup>8</sup>, subiungens quod nec ipsum Ruodolffum<sup>4</sup> de Roschach: nec vrsulam eius uxorem pefatam, pro domino domus deinceps reputarent nec haberent: Set dominum abbatem, et dictum Monasterium: pro domino domus colerent / et haberent. sibi que seruicia grata et fidelitatem impenderent, et in omnibus obedirent, Quoniam<sup>9</sup> familiam dictus dominus abbas, ex nunc et in antea, recepta primitus ab eadem familia, fidei dacione de fidelitate et seruicio prestando; in suam familiam et seruitores recepit / et assumpsit, dans ilico eidem familie, pro arra seruitutis, decem solidos denariorum Constantiensis monete, Quibus ut sic peractis pefatus dominus Abbas, dictum Ruodolffum<sup>4</sup> de Roschach, cum pluribus alijs honestis dominis, canonicis, et laicis subscriptis ad suum prandeum / in dictam domum jam suam, vocauit et inuitauit, et in signum perfecte possessionis assignacionis et apprehensionis, allato cibo et potu sufficienti, de domo aliena, prandeum perfecit, et sic possessionis apprehensionem consumauit, Intendens et proponens ut asseruit, / dictam domum propria in persona, suam seu per familiam deinceps inhabitare, Super quibus omnibus et singulis sepefatus dominus Abbas: instanter pecijt sibi fieri per me publicum notarium subscriptum, meliori modo et forma quibus fieri posset<sup>10</sup>, et de consilio iurisperitorum, vnum vel plura / publicum vel publica, instrumentum vel instrumenta, Actum curie, anno. mense. die. hora. iudictione. et loco quibus supra. Presentibus honorabilibus et prouidis dominis, Volrico<sup>3</sup> Haiden scolastico, Gunthelmo Schorandi, Magistro Helya Knoerr<sup>11</sup>, canonicis, ecclesie Curiensis / Johanne Sulczberg sacerdote, Baltezar gerster<sup>12</sup> Johanne frech, scolaribus dyocesis Curiensis. Cristoforo de Hertnegg armigero, Volrico<sup>3</sup> Kriessz